



Z u d e r  
**öffentlichen Prüfung**

i m  
**Königl. Gymnasium zu Rastenburg**

welche  
den 2. und 3. October 1827 gehalten werden wird  
ladet gebührend ein  
der Director Krüger

indem er einige Nachrichten über das Gymnasium im Schul-Jahre 1826 mittheilt.


---

Diesen geht voraus die Fortsetzung der Abhandlung des  
Oberlehrers Wannowski

de initis theorieae casus, qui dicitur absolutus.

---

K ö n i g s b e r g,  
gedruckt in der Hartungschen Hof- und Universitäts-Buchdruckerei.



---

Fortunae vicissitudines parum mihi gratae, quas quidem mox in meliores abituras esse puto, eo me impulerunt, ut etiam hoc anno partes programmatis edendi suscipere in exoptatissimis haberem. Hoc etiam, enixe orans et rogans collegas meos, impetravi, sub hac tamen conditione, ut futuro tempore, vicibus scribendi programmatis cedens, iis sic occasionem praebeam, plures eiusdem argumenti tractatus per plures annos continuandi, quod etiam praeses collegii nostri reverendissimus auctoritate sua confirmavit.

Wannowski.

---

Theoria casus, qui dicitur absolutus.

Fasc. III.

Etiam in hoc tertio programmate, quod παρέργως modo singula capita quaestionis instituta complebit, theoriam nominativi absoluti non tangam, quam in hoc tempus removeo, quo iusto ordine totum tractatum sum absoluturus. Disputabo tunc etiam de usu nominativi temporalis. Ex quo enim Prisciani opera diligentius scrutatus sum, semper mihi haec eius verba lib. 18. c. 26 artis gr. (T. 2. p. 245. edt. Krehl.) „Illi (s. c. Graeci) πολλοῦ χρόνον, καὶ χρόνῳ πολλῷ, καὶ χρόνον πολὺν καὶ χρόνος πολὺς τόδε οὐκ ἐγένετο“ suspecta fuerunt atque intento animo inquisivi, an ultimae constructionis integra auctoritas a scriptoribus ipsis nobis sit

A

suppeditata. Haec enim coniunctio verborum, ubi nominativus substantivi cum participio iunctus legitur, huc trahi nequit; quippe cum plane alia sit ratio structurae participialis, atque singuli vocabuli. Qua de re mitto constructiones, qualis est apud Herod. 3, 104 μεσοῦσα δὲ η ἡμέρη, σχέδον παραπλησίως καὶ εἰ δ ἥλιος, et similes id genus. Sed etiam, nullo addito participio, sic etsi rarissime, nominativus temporalis unius vocis usurpatus fuisse videtur. Cum sit enim tralatitium, Graecos dixisse οὐ πολὺς χρόνος ἐξ οὗ (cf. Lobeck, ad Ajac. v. 601.), e. c. οὗτοι γὰρ ἀρχοντες οὐ πολὺς χρόνος ἐξ οὗ, negligentia quadam factum est, ut illud ἐξ οὗ reticuerint, solumque nominandi casum reliquum fecerint. Sic Iuliau. Ep. 35. lp. 408. B. καὶ ταύτης ἡρξαν, ὡς φασι, τῆς καινοτομίας ἔβδομος οὐτος ἐνιαυτός. Iam sic paulatim obliti in hac formula omissum esse τὸ ἐξ οὗ ideoque nominativum hunc significare tempus abhinc, usurpare eam coeperunt notione temporis, per quod quid sit; ut v. c. Demosth. in Timoth. p. 1193, 5 καὶ οὗτος ὁ χρόνος (,) ἦν Ἀλκισθένης ἄρχων. Sic enim, modo interposita interpunctione exili, locum hunc tuebor; quae ratiocinatio si cui non plane videatur frigida et reiicienda, iam Plutarchi locum proponam, qui in omnibus Codd. sic legitur in capit. descrip. p. 289 H. ἑορτὴ δέ (,) μηδὲν λυπουμένους ποιεῖν. Facillima est ubique correctio; sed cavendum, quo minus nimis seduli simus. Mihi certe similia exempla, quorum magnam partem studium editorum forsitan obliteravit, Prisciano ansam dedisse videntur, ut πολὺς χρόνος τοῦτο ἐγένετο, gaecam esse constructionem pronuntiaverit; etsi haec vix nos commovent, ut Stephano suffragemur, qui in hac formula ἔτος εἰς ἔτος primum ἔτος falso pro nominativo habet. cf. Musgrav. ad Sophocl. Antig. v. 341. Neque Latinorum nox adpositum est exemplum, quae est aperte forma, syncopen passa, in compositione „media nox,“ apud Lucilium in fragm. itiner. apud Wernsdorf. T. V. I. p. 35. — Sed haec modo obiter. Quam in Fasc. II. disputationem de casu tertio absoluto inchoavi, hanc iam continuabo. Modo verbo moneam, hunc casum maxime usurpari in descriptionibus regionum tabularumque, ut apud Philostr. v. Apollon.

p. 57. ὁ ιερὸν (γεσοὶ) Διόνυσον ἔαντῳ φυτεῦσαι, δάφναις περιεστηκνίαις κύκλῳ „plantatis in orbem lauris.“ aut apud Plut. de Isid. p. 363. c. de annulo γλυφῆγ μὲν ἔχούσῃς ἀνθρωπον εἰς γόνυ καθεικότα, ταῖς χερσὶν ὅπισσα περιγγένεταις“ manibus post tergum reductis.“

Wytttenbachius, qui saepe res vel tironibus notissimas longo digerit sermone, disputat ad Eu. ap. p. 40. (edt. Boisson.) de constructione hac Ἐπιδαμνός ἐστι πόλις ἐν δεξιᾷ εἰσπλέοντι et pertendit, hunc dativum esse dativum consequentiae, quia pro eo subinde genitivus reperiatur. Debole argumentum; nulla est enim haec absoluti notio, ubi inter casum nominis et verbum enuntiati est quid coniunctionis et relationis, quem admodum l. l. inter ἐστι et ἐισπλέοντι, quae tum demum locum habet, ubi casui ipso est quidem notio temporalis, localis, instrumentalis, sed nullus nexus cum verbis sententiae, seu antecedentis seu subsequentis. — Hoc vero silentio mihi non praetereundum videtur, inter auctores graecos Pausaniam maxime in hac positione dativi, ut sic dicam, exultasse, non modo diversos casus, et genitivum et dativum, coniungentem, ut lib. 3, 25, 2 προελθοῦσι δὲ αὐτόθι, διαβάντων ποταμόν ἐστιν Οἰνόη, et vice versa 3, 10, 7 ἐπανελθόντων δὲ ἐντεῦθεν, προελθοῦσιν δλίγον Ἀγαλμάτων Ἡρακλέους, aut 2, 7, 1 ἔχοντιν δὲ ἀσθενῶς ἥδη τῶν Σεκνωνίων ... διακειμένοις οὖν ἀδυνάτως, σεισμός ἐποίησε τὴν πόλιν ἀνδρῶν ἔρημον, etsi hoc exemplum alias est notae; sed etiam diversos numeros commiscentem, ut lib. 2, 25, 8 ἐπανελθόντων δὲ ἐς τὴν λεωφόρον, ἐπὶ Μίδειν ἐς ἀριστερὰν ἥξεις; ubi ne credas modo antithesi antecedentis καταβάντων μέν parilitatis nimio studio ductum auctorem, nulla sequentis constructionis ratione habita, etiam ἐπανελθόντων δὲ posuisse. Etenim hoc idioma, quo stilus geographi insignitur, est etiam ibi, ubi nulla est oppositio, ut lib. 8, 20, 1 προελθόντων δὲ σταδίους ὡς πεντήκοντα, ἐπὶ τοῦ Λάδωνος ἀφίξῃ τὰς πηγάς, qui locus magis est superiori adpositus, quam quem Siebelis l. l. adfert. —

Hae anomaliae plerumque inde ortae esse videntur, quia aliam constructionem animo informaverat auctor, atque aliam in decursu orationis

exhibuit; quod quam insolenti vel in brevissimis sententiis fiat modo et peritum et imperitum offenderit. Sic iam vidimus Pausaniam in hac coniunctione, ubi quid intrantibus vel exeuntibus e parte aliqua adparere dicitur, promiscue et dativum et genitivum usurpasse; sed nec accusativus plane exclusus erat. Sic enim apud Pausan. lib. 2, 38, 5 plurimi, Codd. hanc offerunt lectionem *λόντα δὲ ἄνω πρὸς τὴν ἡπειρον, Θυγέτιον τοτίν*; ubi nunc *λόντη* legitur ex emendatione, quae ut est speciosa, vereor, ne ipssus auctoris detorqueat verba. Primum enim non hoc solo loco, sed etiam alibi apud geographum optimi libri exhibent eandem, a librariis statim exauktoratam structuram, ut lib. 4, 33, 5 *διαβάντα δὲ τούτους, πεδίον ἐστὶν δυομαζόμενον Στενοκληρικόν*; quem accusativum editores statim in dativum mutatum iverunt; nihil morantes, etiam lib. 5, 23, 1 similiter legi *καὶ αὖθις πρὸς ὄφετον ἐπιστρέψαντα ἀγαλμά ἐστι Διός*. Haec documenta apud ipsum Pausaniam, prout nunc textus auctoris circumfertur, citare possumus. Fortassis etiam alibi eandem compositionem fuisse adhibitam, quam non tulit librariorum oscillantia, inde colligas, quod Stephanus Byzant., laudans verba geographi e libro 9, 24, 7 sumta, accusativum habet *ὑπερβάλλοντα... πόλισμά ἐστι*, ubi nunc apographa nostra *ὑπερβάλλοντι* exhibit — Evidem neutquam pertenderim, accusativum hunc esse vere absolutum, sed hoc tantum pro comperto habeo, accusativum hunc e manu auctoris ipsa profectum esse, e synchysi constructionum facillime oborta. Neminem enim latet, frequentatam esse apud Pausaniam in hac coniunctione, de qua nunc instituta est quaestio, verbum *δέξεται σὲ* aut simile. Iam igitur summo iure accipere possumus, illis locis Pausaniam in exordio sententiae casum quartum posuisse, tanquam si sequeretur *δέξεται σὲ πόλις* aut *πεδίον*, cum tamen postea alio modo converteret orationem, adeo ut accusativus hic non quadraret. Hoc utique ferendum apud hunc auctorem, qui quanta cum licentia legitimum orationis cursum deflexerit, mox videbimus. Adparet igitur, quod mihi demonstrandum proposui, in hac sententiarum coniunctione, ubi quid alicui ex hac illave parte situm esse dicitur, et

dativum et genitivum et accusativum fuisse usurpatum, Nominativi exempla frustra quaesivi. —

Sed iam redeamus, unde digressi sumus, ad explicationem dativi absoluti. In Fasc. I. p. 22 dixi, rarissime etiam cum ὅς, ὥσπερ iungi dativos, qui omni nexu cum cetera enuntiati parte sunt destituti. Huius usus memorabile argumentum exhibit verba Eunapii vit. Aedes. p. 25 (Boisson) Ἀβιλέβιος οὐτω πλείονα ἐδύνατο τοῦ βασιλεύοντος, ὥστε καὶ Σώπατρον ἀπέκτεινεν, αἰτιάν ἐπενεγκῶν τῆς Σωκρατικῆς εὐηθεστέραν, ὥσπερ ἀτάκτῳ διμῷ τῷ τότε βασιλεύοντι. Recte mihi videtur h. l. Boissonade ad dativum absolutum explicatione confugisse, cum haec verba, etsi paulo contorta, nullum alium sensum fundere videantur, nisi hunc: facta criminazione innocentem perdidit, tanquam vaga multitudine illius temporis, τῷ τότε, imperium tenente, non rege sapienti. Ad ἐπενεγκῶν enim nullo modo hi dativi referri possunt; qui tum demum pertinuerint ad hoc verbum, si ἐπενεγκεῖν αἰτιάν significaverit culpam rei exponere, aut enarrare alicui, quod plane non est graecum.

Sed dativi huius, particula nulla addita, usum explicare operae praetium esse videtur, maxime cum interpretes, ut Boissonade, Wytttenbachius et alii, si quando ad expositionem huius idiomatis linguae delabuntur, diversissima atque nihil ad rem facientia constipant, quod semel monuisse sufficiat, neque me illorum sermones deterrebunt, quomodo in mea persistam via. Eiusdem Eunapii hic pertinet locus, iam ab interpretibus notatus, in vita Chrysanthii p. 109 ὁ δὲ Χρυσάνθιος τοῖς πρώτοις θεω. μένοις (sc. σημείοις) κατάμενοδὸν ἐν παραγωγῆς ἐπὶ κίνησιν τῶν δοθέντων ἐβάδιζεν, qui est dativus absolutus temporalis. Ex exemplis Boissonadii, hunc casus usum illustraturis, ne unum quidem est, quod non sit alienum.

Pausanias, qui ex imitatione Thucydidis huius dativi positionem vario colorat modo, meri absoluti exemplum temporalis unum modo suppeditat, lib. 4, 16, 2, τούτοις δὲ φεύγοντι, διώκειν ἐπέταξεν ὁ Αριστομένης ἔτερον τὸν Μεσσηγίων λόχον; et hoc etiam artificiosa constructione

tollere vult Siebelisius, dicendo, ἐπέταξεν pertinere ad φεύγοντι, ad διώκειν supplendum esse αὐτοὺς. Etiamsi haec interpretatio: immisit fugientibus cohortem, quae eos persequeretur, iam inde nobis parum aridet, quia in ἐπιτάχτειν non nisi collocandi, instruendique, sed non immitendi latet notio, quae h. l. necessario requiritur, eo magis adhuc ad explicationem antiquorum comprobandum adigimur ob id, quod recentioribus auctoribus graecis usus dativi temporalis abiudicari nequit, quod infra diligentius confirmabimus. Alia vero exempla, ubi Facius dativi absoluti vestigia sibi invenire visus est, alio modo sunt emendanda. Sic lib. 4, 24, 2 haec leguntur verba οὐδὲ Μεσσηνίους ἐλελήθει δῆπον, καὶ μὴ συντελοῦσιν εἰς τὸ συνέδοιον, ὡς ἐπὶ Λακεδαιμονίους τὰ Αχαιῶν ὑπάρχει, quae Facius perverse interpretatur, iam a Siebelisio refutatus, qui recte modo dativum commodi hoc sensu accipit: esse illis, quamquam foederi Achaico adscripti non sint, tamen foedus illud utile, cum in Lacedaemonios intentum sit. — Sed iam proxime ad naturam absoluti casus accedit dativus, qui occurrit lib. 5, 4, 5 ὑπερβάντι δὲ ὅσοι σφίσιν ἐγένοντο κτινδυνοὶ πρὸς Πισαιόν, συνέβαλον Λακεδαιμονίοις. Hic dativus omnino a cetera euentati parte seiunctus est, cuius legitimus nexus hic est „omissis, quae iis acciderint contra Pisaeos, statim adcingor ad enarrandum, eos cum Lacedaemoniis manus conseruisse.“ Errat Siebelisius qui, aliis rebus intentus, huius constructionis, ut sic dicam, abnormitatem non perspexisse videtur, cum plane aliena arcessat argumenta. Erat, cum cogitarem, ὑπερβάντι esse h. l. usurpatum ex analogia τοῦ συνελόντι εἰπεῖν; sed, quo minus pariles sint hae locutiones, intercedere videtur, quod συνελόντι nunquam sine infinitivo εἰπεῖν aut simili me legere memini, qui h. l. omissus exemplum hoc reddit singulare. —

Alibi ex immutatione constructionis haec anomalia inventa est; qua de re non sollicitandus dativus lib. 5, 6, 3 μετὰ δὲ τὸν Ἀνιγρον διεύσαται . . . Σχιλλοῦντος ὄψει ἔρειπτα, ubi nunc emendatrix manus nominativum immerito induxit, quippe cum in ὄψει facillime inverti poterat ἀναφανῆσεται aut simile verbum, quod primum animo auctoris ob-

versabatur, cum dativum posuerit. Multo insolentior ἀκαταλληλία est lib. 7, 25, 4 τοῖς μὲν δὴ ἄγαλμασι ἔνλων εἰργασμένοις, μέγεθός εἰσιν οὐ μεγάλαι· κατὰ δὲ τὴν εἰςόδον εἰς τὸ ξερὸν γυναικῶν εἰκόνες λίθου τέ εἰσιν εἰργασμέναι. Insulsa est Facii explicatio, qui ex sequentibus „εἰκόνες“ supplet ad εἰσιν οὐ μεγάλαι. Quid enim sibi vellent verba ἄγαλμασιν εἰσιν εἰκόνες, sensu sano destituta? Etiam Siebelisius a recta aberrat via, praepostere ad μεγάλαι subaudiens ex antecedentibus Εὐμενίδες, hac addita interpretatione „Eumenides in (?) his simulacris non sunt magnae,“ quod quam sit molestum, nemo non videt. Mihi contra h. l. ἄγαλμα et εἰκών ut συνώνυμα usurpata esse videntur, quod tum fieri solet, si ἄγαλμα significat illud foeminam, quemadmodum nostro loco Eunemidas, aut lib. 7, 26, 3 Fortunam, unde etiam dicitur ibi ἄγαλμα τὸ χέρας φέρον σ. Iam cum dativos illos poneret auctor, cogitandus est sic fere voluisse pergere μέγεθος ἦν οὐ μέγα, quae formula facilime in cognatam μέγεθός ἐστιν οὐ μεγάλαι abire potuit. Sed quia ἄγαλμα illa repreäsentabant furias, mutato genere, ἐστιν οὐ μεγάλαι transformavit in εἰσιν οὐ μεγάλαι. Haec est illius discrepantiae origo. — Ferenda est id genus enallage apud Pausaniam, cum sibi singuli auctorum singulas et sibi proprias permiserint rationes, quae paulo insolentiore dativi usum, sed non absolutum, exhiberent. Sic, ut modo unum adferam, Philostratus characterem suum eo insignem reddidit, quod dativum cum simplici posuit verbo, ubi nos δοκεῖ cum infinitivo exspectaverimus; sic p. 592 (Olear.) διορῶντε τὸ ἐν ταῖς μελέταις εἶδος, οὐδὲν βέλτιον ἐτέρου ἡττήσει pro ἀπρικίσαι ἐδόκει; aut ibd. p. 610. καὶ τοῦτο οὐτωσὶ μὲν ἀκούσαντι, κακὴ τοῦ μειρακίου προσκυίσεται, quod sic vertendum qui haec modo obiter audivit, huic haec malitia filii tribuenda esse videbuntur. Sed haec omnia meliori ordine sunt exponenda. —

Dativi vere absoluti usus fuit certe parcissimus, ita ut apud eos, qui erotici dicuntur, ne unum quidem documentum eius nobis reperire contigerit; neque sophistae frequentare eum videntur. In censem veniunt verba, turpiter affecta, Dionis Chrysost. Or. 36 p. 76 (edt. Reiske) τὸ δὲ

μεταξὺ συμπέρφρωται καὶ ἐκεῖνο, ταῖς οἰκίαις οὐκ ἔχονσαις ὅποια δια-  
 λεῖται — haec est vulgata, aperte mendosa lectio. Contextus loci suadet  
 nobis, ut aut cum Reiskio legamus, καὶ ἐκεῖνο ταῖς οἰκίαις οὐκ ἔπειχονσαις,  
 ὅπου διαλείπει, aut cum Casaubono ταῖς οἰκίαις συνεχονσαις, ὅπου  
 τι διαλείπει. Quam libet eligas coniecturam, iam hoc patet, esse hunc  
 dativum mere absolutum localem, hoc sensu: aedibus vacuum spatum  
 complentibus, aut aedibus hac regione non aedificatis, ubi deficit murus. —  
 Sed est auctor, et ingenio et facundia nullo recentiorum inferior, imo  
 orationis cultu et copia pluribus praestans, qui certissima documenta da-  
 tivi absoluti nobis offert, unde pro explorato habere possumus, usum huius  
 casus graecis huius aevi acceptum fuisse. Dico vero Plutarchum. Wy-  
 ttenbachius saepe hariolatur, quando his de rebus disputat; sic cum agnos-  
 cit hanc structuram in libro Plutarchi de superstit. p. 169. D. γελῶντα  
 σαρδάνεον γέλωτα τούτοις ποιουμένοις γελῶν γε simplex verbum com-  
 positi ἐπιγέλῶν constructionem accipere potest, omissa praepositione ἐπὶ,  
 quae haud dubie longe crebrius additur cf. Brunk. ad Aristophan. Equit.  
 696. — Memorabilia magis sunt verba in Consol. ad Apollon. p. 116. B.  
 ἔχομεν γὰρ τὸ ζῆν, ὡςπερ παρακαταθεμένοις θεοῖς. Wytttenbachius quid  
 faciendum sit ignorat; in notis textui subscriptis ἀποδώσοντες dicit sup-  
 plendum esse, quae ratio ad omissa refugiendi vocabula mihi inter om-  
 nes emendandi rationes minime placet; in notis vero seiunctis pertendit  
 integrum esse constructionem, quod recte sine dubio fecit. Fortassis e  
 praecedenti ἔχομεν ad notionem τοῦ ὀφείλομεν vel similem delapsus est  
 auctor, unde etiam factum est, ut dativum posuerit. Sed integrum huius  
 casus sic usurpati testimonium praebent, ni omnia me fallunt, quae le-  
 guntur in de fort Alexand. p. 337 A. οὕτως ὀφεῖσσα τὸν Ἀλεξανδρον  
 ἦ δύναμις ἡσπαῖρεν, ἐπάλλετο, ἐφλέγματι, Περδίκκαις καὶ Μελεάγροις  
 καὶ Ἀντιγόνοις, ὡςπερ πνεύμασι θέρμοις ἔτι, διέττοντι καὶ διαφερο-  
 μένοις. E mea sententia inter hos dativos et reliqua verba enuntiati ni-  
 hil coniunctionis vel rationis intercedit, ita ut seiuncti in totum absoluti  
 optimo iure dici possint, et instrumentales et temporales, sic vertendi:  
 dum

dum illi omnes duces, ceteri spiritus calidi, discurrent circumferrenturque. Exinde manifestum, interpunctionem post verbum ἐφλέγματις neutriquam tollendam esse. — In deliciis enim habuisse Plutarchum hanc compositionem, evincit locus adpositus in De bello an pace clarior. Athen. p. 346. C., ubi haec de Epaminonda narrantur: καὶ διαδραμών τὴν μεταξὺ χώραν, ἐπεφαίνετο τοῖς Μαντινεῦσιν, καὶ διαβουλευομένοις αὐτοῖς ἀκμήν (περὶ) τοῦ πέμπτεν εἰς Δακεδαιμονα βοήθειαν, εὐθέως ὀπλιζεσθαι προσέταξε τοῖς Θηβαίοις. Etiam hi dativi διαβουλευομένοις αὐτοῖς, cum, quod apparet, nullos alios significant, nisi Mantinenses, contra quos, adhuc deliberantes, protinus arma arripere iubet Thebanos Epaminondas, memorabile exhibent dativi temporalis absoluti exemplum, et quotusquisque est, quin hunc locum legens statim recordetur loci Pausaniae, quem supra contra Siebelisium tueri conatus sum? Atque sic etiam accipienda, quae extant in de daemon. Socrat. p. 585. A. ὅταν . . . ταῦτα τοῖς οἰκεταῖς ὑμῶν εὐωχεῖσθαι παραδόντες, αὐτοὶ τὰ λιτὰ καὶ ἀπλᾶ προσφέροντες, κενολασμέναις ἥδη ταῖς ἐπιθυμίαις. Etiam hi sunt eiusdem generis dativi temporales cum, προσφέροντες, quod vel dicere verbo supersedendum est, iam contineat significationem plenam sumendi cibi, neque dativum ἐπιθυμίαις ullo modo sibi adiunctum habere possit, et recte interpres vertit: iam fracto appetitu. Quantopere vero Plutarchus in usurpanda tali dativi positione adpropinquet genio linguae latinae, haec commonstrant exempla, ubi sine praedicato, quod dicunt, modo nomina substantiva sic absolute ponuntur, ut in Quaest. sypos. p. 726. C. καὶ τὸ μὲν ἄριστον ἔδοξε τῷ ἀκουτίσμῳ ταῦτα εἶναι, μάρτυρι τῷ ‘Ομήρῳ’ quod est verendum: teste Homero; ubi igitur merum habemus, ut barbaro utar vocabulo sed rei convenienti, latinismum. Nam ad ἔδοξεi trahi hic casus non potest, quippe cum non Homero hoc visum sit, sed antiquis illis hominibus, quod modo ex auctoritate Homeri comperimus. Ubi vero ad sensum loci recte capiendum nec temporis, nec loci, nec instrumenti intellectus, casui huic tribuendus, sufficit, ad emendationem non tam, quam ad correctionem configiendum, quam licet trepidante manu, tentaverim

in de daemon. Socrat. p. 597. C. Θεόπομπος δὲ παραστὰς ἐκ δεξιῶν καὶ τῷ ξίφει πατάξας αὐτὸν, (Cabirichum nimirum, qui auxilio erat tyrannis, quos in arce adgressi erant) ἐνταῦθα, ἔφη, κεῖσο μετὰ τούτων, οὓς ἐκολάκευες μὴ γὰρ ἐλευθέρας στεφανώσασθαι ταῖς Θήβαις. De omissa praepositione ἐν ne cogitandum quidem; nunquam enim ea reticetur ante nomina urbium, adhaerente his alio praedicato. Neque si hos dativos latinissimum redolere dixeris, adprime sensum loci reddideris, cum στεφανώσασθαι ἐλευθέρας Θήβαις non simpliciter significet „coronari liberatis Thebis,” sed potius „ob liberatas Thebas.“ Ut uno verbo dicam, ἐπὶ omisso mihi videtur incuria librariorum, quod eleganter cum στεφανώσασθαι iungitur, quando quis dicitur se coronare ob rem, quae accepta vel recuperata laetitiam excitat. Sed haec hactenus.

Colophonem addam huic quaestioni, quae nuper de omissione praepositionis ἐν inchoata reliqui continuans. In abiecta oraculorum poesi reticentia haec creberrima; ut singula exempla enotarre fere pigeat. Cf. si tanti, oracula apud Pausan. 6, 4, 4 Νεμέα. sic. 6, 14, 1 ἀνηγορεύθη ἵσθμῳ. 6, 20, Ὁλυμπία; et apud Plut. Quaest. Sympos p. 677. B. Ἔφύῃ. — Sed etiam prosaici sequioris aetatis, haud dubie iam adsueti ad usum linguae romanae, nomina urbium aliquoties sic nude penunt. Μαραθῶνι et Σαλαμῖνι et Ἐλευσῖνι mox cum ἐν, mox sine ἐν apud omnes deinceps auctores legitur, adeo ut libenter desideraverimus Wytenbachii correctiōnem apud Plut. de malig. Herod. p. 871. D, ἐν ante Σαλαμῖνι contra Codicum fidem inserentis. — Apud Philostratum bis occurrit Ἐφέσῳ, sed tali verborum iunctura, ut aliam explicandi viam, si mavis, ingredi possis; nimirum in de vita Soph. p. 605. πλείστον ἄξιοι τῇ Ἐφέσῳ, ubi, etsi minus commode, hunc dativum etiam ab ἄξιοι pendere credideris, et ibd. p. 598. σπουδαζομένης Ἐφέσῳ, quod esse potest, si verba nimis urseris, id, quod ὑπὸ Ἐφέσον. Semel in vita Apollon. p. 297 legimus adverbiascens nomen Ἐλικῶν in Helicone. — Apud Julianum nomen Δελφοῖς mox cum ἐν, mox sine ἐν legitur; videmus enim in Orat. VI. p. 185. verba haec οὐκοῦν δὲ μὲν Δελφοῖς θεός, et ibid. p. 188. A.

δὲ ἐν Δελφοῖς Θεός; sed in Caesar. p. 314. A. ἡ δοθεῖσα· Δελφοῖς μαντεία, oraculum non incolis, sed in templo datum. Etiam apud Pausaniam multa id genus invitis Codd. interpretes correxerunt, mirorque Cl. Siebelisium, qui sibi persuadere potuerit, ubicunque illud ἐν fuerit omissum, mendum hoc librariorum esse. Non modo enim 7, 27, 2, et 8, 26, 2 'Ολυμπίᾳ legitur, ubi nunc Siebelesius ἐν infarsit, sed lib. 9, 22, 6 τῇ 'Αργηδόνι μνήματα, interprete Amasaeo „quorum sunt Anthedone monumenta“ sine ulla Codd. varietate, et 10, 4, 4, τυχεῖν γὰρ δὴ ὃν Γαδείροις, ubi Facius „inserendum ἐν, quod excidit“ vereor, ut recte; nam quod postea ἐν Γαδείρος legitur, id nihil conficit, quia etiam Σαλαμῖνι, 'Ειενσύνι, et apud Julianum Δελφοῖς promiscue et cum praepositione et sine ea legi ostendimus. Quin imo ante nomen regionis proprium haec praepositio deest lib. 9, 31, 5 τῇ Μολυκίδῃ ἐγένετο ἡ δίκη, ubi nullus Codd. praepositionem habet exaratam. Quibus de locis cum doctissimi Siebelisii sententiam compertam adhuc non habeo, quosque ideo integros puto, intactum relinqu velim dativum solum. lib. 5, 24<sup>1</sup>, 2 τῇ 'Ατολίδῃ οἰκοῦσι, et lib. 8, 7, 2 τῇ 'Αργολίδῃ ἀνεὸν ὑδωρ, etiamsi h. l. quod statim subsequitur ἐν τῇ Θεσπρωτίδῃ etiam ante 'Αργολίδῃ hoc ἐν efflagitare videtur. Apud Plutarchum huius usus unum indubitatum ad rem nostram faciens exemplum reperi in de Isid. et Osir. p. 352. A. τῶν 'Ερμονπόλει Μονσῶν, ubi deteriores Codd. ἐν addiderunt. — Apud recentissimos, qui integri atque puri sermonis leges violenter turbant et contemnunt, illud ἐν crebrius omittitur, ut apud insipidum istum Eumathium aut Eustathium de amoribns Ismeniae et Ismenes lib. 8. p. 362. (edt. Teucher.) πανήγυρις Διαφνηπόλει, et ibd. p. 366 θεάγνων ἐπληρούμην Θεάτρῳ; quae omissio cum iam apud antiquiores eroticos, etsi variante, ut ait Hemsterhusius ad Xenoph. Ephes. p. 23 (edt. Locell.), usu et eruditiorum ratione, percrebruit, iam sibi constent, necesse est immota verba apud Xenoph. Ephes. p. 87 παννυχίδος ἀγομένης τῇ πόλει. —

Ceterum tum maxime ἐν supprimi solet, si antecedunt dativi adversantes; sic Νεμέα. cf. Maxim. Tyr. Dissert. VI. p. 98 (edt. Reiske);

atque sic etiam apud Pseudo: Plut. de educat. p. 11 F. καὶ τοὺς μὲν Θῆβησι καὶ τὸν Ἡλίδε φευκτέον ἔσωτας, quod iam ob parilitatem sibi invicem respondentium vocum verisimile fit; quemadmodum etiam τῷ μυσιηρίοις, quod plerumque addito ἐν reperitur, neutiquam ἐν adsciscendum, cum μορίων ἰσότης hoc non admittit, apud Plut. de fuga p. 604. C., quia antecedit Διονυσίοις. Alibi enim festorum dierum nominibus aliorumque solemnium (cf. Fasc. II. p. 7.) et adiungitur ἐν et aufertur, quod si Codd. non offerunt, perdunt operam, qui addunt, ut Locella apud Xenoph. Ephes. p. 3. v. 13. ubi ἐκείνη τῇ πανηγύρῃ ex analogia, a me supra exposita, optime defendi potest. — Locutio vero καιροῖς τραγῳδῶν, quam recte nunquam fere in καινῶν τραγῳδῶν abire dicit Hemsterhusius, tum in genitivum hunc mutatur, si participium verbi adiunctum est, ut apud Plut. p. 710. F. καινῶν ἀγωνιζομένων τραγῳδῶν. —

Iam quod attinet casus adverbiascentes, certe formis in ἐν exeuntibus Graecos non nunquam adiecisse praepositionem, luculentum inter alia est Prisciani testimonium in de art. lib. 5. c. 13. p. 2 13, et lib. 13. c. 11. p. 561. et Krehl. Sed non item liquet, an idem sibi permisserint ante dativos in αὐτῷ et γεννῷ terminatos. Soloecum illud οἱ ἐπὶ Ἀθήνησι προεστῶτες in Eunapii vita Porphyr. p. 11. edt. Boisson. Wytténbachius emaculaturus, illud ἐπὶ in ἐν transfigurato, provocat ad probandam hanc emeudationem ad notam suam ad Plut. de sera num. vind. p. 549. A. Sed ibi nihil fere absolvit, cum, excepto Cyrilli loco contra Julian. lib. 5, p. 169. A, qui est adpositus, omnia reliqua exempla ex ionicis sunt petita scriptoribus, quibus Ἀθήνησιν et similia non adverbia, sed vulgares dativi formae erant. Aliis igitur documentis stabilienda est huius compositionis integritas, quale est inobservatum ἐν Ὁλυμπιάσιν, sine lectionis varietate, apud Plut. apophtheg. reg. p. p. 185. A; nam apud Pausan. 3, 8, 2, modo Cod. Vind. habet ἐν Ὁλυμπιάσιν. —

In Fasc. II. p. 12 adlaboravi demonstrando, graecis auctoribus, maxime recentioribus, non fuisse insuetum plures coniunctiones cum solis participiis connectere, omisso verbo substantivo, ita ut participium tum

temporis finiti, quod dicunt, vice fungatur. *Εἰ* etiam a classicis aucto-ribus sic fuisse usurpatum, ostendit disputatio in fasc. I. p. 7, sed ca-vendum, quominus exemplis his accenseas illud Demosth. in Olynt. II. p. 53, 12, quod nunc a Rüdigerō factum video. Locus, quem compendiose adferam, sic se habet: *εἰ μὲν γὰρ τις ἀνίρη ἔστιν ἐν αὐτοῖς, οἷος ἐπιπειρός πολέμου, τούτοις ἀπωθεῖν αὐτὸν* (sc. Philippum) *ἔφη* (sc. peregrinus homo) *εἰ δέ τις σώφρων, τὴν ἀκρασίαν οὐδὲνάμενος φέρειν, παρεῖσθαι.* Adparet primo adspectu, perverse interpunctum esse a Rüdigerō locum, qui post ἀνυπέρβλητον εἶναι plenam distinctionem non admittit, atque facilime suppleri posse ad σώφρων καὶ δίκαιος τὸ ἔστι e superioribus, adeo ut δυνάμενος magis sit adpositio ad σώφρων καὶ δίκαιος. — Sed animadvertisamus locum Plut. carnium esus. p. 996. E. οὐ μὴν ἀλλὰ εἰ καὶ ἀδύνατον ἡ διὰ τὴν συνήθειαν τὸ ἀναμάρτητον αἰσχυνόμενοι, τῷ ἀμαρτάνοντι χρησόμενοι δεὶ τὸν λόγον, ἐδώμεθα σάρκας, ἀλλὰ πεινῦντες, οὐ τρυφῶντες<sup>5</sup> ἀναιρήσωμεν ζῶον etc. H. l. contra Wyttēnbachium αἰσχυνόμενοι tuear, pro αἰσχυνόμενα positum, et χρησόμενα etiam non muto in χρησώμενα. Futurum enim, non coniunctivum ponere voluisse aucto-rem, patet ex barbaris formis ἐδόμεθα et ἀναιρήσωμεν, quas qui servare potuerit Wyttēnbachius, ignore. Protinus corrigas ἐδόμεθα in indicati-vum et ἀναιρήσομεν. Talibus adhuc erroribus scatet Plutarchi textus. Tertium argumentum, sed non certissimum, huius positionis indagavimus apnd Iulian. Or. I. p. 47, E., ubi imperator hic Constantii prudentia et vi imperium contineri dicens, haec addit: *ἀγαπητὸν δέ εἰ καὶ τύχη μόνον δίκαια φρονήσεως ἐπιτρεπομένη, πρὸ ἐπιτρέπεσθαι.* Sed vitium de-litescere videtur in verbo ipso ἐπιτρέπεσθαι. Spanhemii enim versio: non spernendum quidem, si etiam fortuna solum citra prudentiam concedatur: nihil nos adiuvat, quia „concedatur“ naturae loci parum congruit. Igitur ampliandum puto. Cum vero infitias ire non possumus, hellenismum hanc cum participio coniunctionem τοῦ εἰ non plane sprevisse, adparet, Reiskium etiamsi non malam, tamen supervacaneam adhibuisse medicinam apud Dion. Chrys. Or. 77. p. 416 οὐδὲ γὰρ εἰπεῖν ἔστιν,

ηλίκων ἄν καὶ δοσων μεσθῶν τυγχάνοι, εἰ μόνος ἐν τοσούτοις νοσοῦσιν ἵκανὸς ὁν λασθαι, ubi Reiske solita confidentia haec modo addidit: εἰ delendum; vereor, nullo Codd. adsentiente, ut recte. — Recentiores enim sophistae multa abnormia constructionum genera summo sectabantur studio, quae negligentia modo veteribus illis exciderunt; quae tamen hi ut flosculos e pratis viridibus decerpentes esse duxerunt. Has anomalias non exploratas habebant hi, qui hos auctores emendare et edere in animum induxerunt; eritque, ut iam nunc profitear, hanc in rem futuro tempore nostra opera maxime collocata, ut hos auctores ab istis intempestivis correctionibus vindicemus, quibus plerumque omnes paulo insolentiores structurae legitimis commutantur atque protritis. Quodsi hac in causa iusto ulterius progrediamur, sintque quibus apertos errores tueri videamur, hoc certe solatium reportabimus, maiori opera nos indiguisse ad evincendum, ut hi speciosi soloecismi serventur, quam eos editores, qui, Codd. scripturas nihil curantes, statim ad correctiones, quae cuilibet succurrunt, refugiant.

Sed non modo εἰ, verum etiam ὅπως cum participio construitur; ut apud Philostr. p. 105 καὶ ὅπως οἰκοῦντες τὸν ὄχθον, αὐτὸς δὲ ἀνὴρ δίεισιν; ubi exspectaveris οἰκοῦσι, et apud Euseb. in Hierocl. p. 439. οὐκ οἴδε, ὅπως ἐξ αὐτοῦ λέγων ἔκεινον τοῦ Σαμίου τὰ περὶ τούτων μεμαθηκέναι. — Et sic etiam ὅπως, ut, constructum videtur apud Plut. apophtheg. reg. p. 185 F. ubi Codd. omnes, excepto Iunt., haec habent: ἥτησατο δὲ καὶ χρόνον, ὅπως τὴν περσικὴν διάλεκτον καταμαθὼν, ὡς βούλεται, καὶ μὴ διέτερον ποιήσαι τὴν πρὸς αὐτὸν ἔνδειξιν. Iam hac lectione probata, illud καὶ plane turbat sententiam, nisi hoc καταμαθὼν accipere velis pro καταμαθὼν εἴη vel καταμάθοι. — Hic coniunctionis usus a Plutarchi stilo, quod sequens demonstrabit disputatio, non abhorret.

Quemadmodum ὅπως sic etiam ὄταν, ἄν, ἵνα construuntur: sic sineulla lectionum varietate apud Julian. fragm. p. 291. c. πᾶς δὲ, ὄταν μηδὲ δοσον δραχμῆς μεταδιδοὺς, οἶσται τὸν Δία θεραπεύεν; ubi μεταδιδῷ emendare in proclivi. Qua de re non sollicitaverim verba apud

Dion. Chrysost. p. 416. ἀλλ' ὅταν γε αὐτὸς ὑπὸ ληθάργον ἔχόμενος, ἢ  
φρενίτιδι περιπεσοὺν, χαίρει, ὅτι οὐδένα ἔχει (τὸν) ιατσόμενον, ubi  
Reiske „post αὐτὸς deest νοσοῦ (potius νοσῆ<sup>\*)</sup>, vel simile.“ Sed si  
nullus liber manu scriptus hoc additamentum suppeditat, etiam ab omni  
supplemento liberandus locus. Sic etiam non immerito mihi haec inci-  
dit cogitatio, alio modo, atque vulgo fit, explicandum esse dictum Ma-  
xim. Tyr. Dissert. VII. p. 106. Ἀλλ' αἰπολίου μὲν ἄν ἀποστήσας τὸν  
ποιμένα, καὶ ἀφελῶν τὴν σύριγγα, διεκνοσας τὸ αἴπολιον; ubi Marklan-  
dus hoc ὡς abundare dicit, aut legendum esse ἀποστήσης et ἀφέλης.  
Neutrum verum, verbis incorruptis. ὡς pro ἐάν posatum, quod frequens  
est apud rhetorissantem Maximum, praesertim dictione supra prosaicum  
stilum se efferente. — Lenissima inde correctione opus est apud Phi-  
lostr. Ep. 50. p. 988; ubi quis amore deperiens, haec amasiae scribit:  
καὶ τε ἔμποός (quod vocabulum, Scheidero suspectum, redintegrare non  
est nunc nostri offici) τις ἐλθὼν, ποιμαίνειν μοι δοκῆς. Pro δοκῆς  
modo legas δοκεῖς, et sic vertas locum: et quando quis e pascuis adve-  
nit, te mihi videor videre. — Etiamsi vero ἵνα apud Plutarchum non  
inveni participio adiunctum: (nam in de fratern. amor. p. 482. H.) ὡς  
(s. c. συναίμω) παρείκειν ἐικός ἔστι, λέγοντα

τοῦτον καὶ οὐδὲν δύναμαι προκειπεῖν δύστηγον ἔόντα  
καὶ φαῦλον καὶ ἀγόντον, μὴ καὶ λάθων τι . . . κολάζων, aperte error  
typographi insidet, λάθω corrumpens in λάθων) tamen cum apud omnes  
deinceps recentiores scriptores hic participii viget usus cumque apud  
Plutarchum ipsum ἐπεὶ et ὅτι sic construuntur, quod mox videbimus,  
eo audaciae progredior, ut locum a criticis varie tentatum, incorruptum  
esse pronuntiem; in Plut. Conviv. p. 159. E. consensu Codd. omnium  
confirmatum. Ἄρον, ἀνπερ ἡ νῦν οὖσα περὶ ἡμᾶς ἔξις ἀπανστος

---

\* ) Scripsi de industria potius; nam apud hos fatiscantis graecitatis auto-  
res tot exempla τοῦ ὁταν cum participio constructi leguntur, ut teme-  
rarius sit, qui omnia tollere velit. —

διαμένη, οὐκ ἀεὶ σχολὴν ἔχομεν ἀλλήλους, ἵνα μῆδε δεδιότες πενταρ,  
μηδὲ εἰδότες πλοῦτον; Si artificiosorem, quam veriorem defensionem  
non plane spernere velis, possis mecum concludere, quemadmodum εἰ,  
ἐπεὶ, ἐάν aliaeque coniunctiones non plane excludunt participii societa-  
tem, sic etiam ἵνα eam non refugisse. Quodsi vero eo offendaris, quod  
natura loci ὥστε requirit, ea potius reminiscere, apud sophistas huius  
aevi, ut apud Libanum, τὸ ἵνα et ὥστε contra usum et normam dicendi  
vulgarem significationem suam confundere, quod paucis adtigit Wytenbach.  
ad Plut. p. 67. F. Quidni igitur, si hoc sic aliquoties novatum reperi-  
mus apud sequiores, etiam h. l. abnormi usu exhibitum esse dicamus? Ex tota hac argumentatione, cuius fidem tamen facile elevari posse vel  
mihi ipsi persuadeo, sensus et interpretatio desperati loci hic fuerit: quod  
si is status, in quo sumus in praesentia, per omnem duraret vitam, nonne  
semper inter nos quiete degeremus, ita ut nec paupertatem timeremus,  
neque gnari essemus divitiarum? — Cur εἰδότες ineptum pronuntiaverit  
Wytenbachus mihi non liquet; εἰδέναι πλοῦτον, qua significatione nos  
diçimus etwas vom Reichthum wissen, huic nostro loco non disconvenit.

ἡνίκα cum participio, quemadmodum aquid Aelianum, quod iam notavi  
alio die, sic etiam apud Julianum legitur Or. V. p. 168., etsi loco ob-  
scuro, ὅτι μὲν οὖν σιάσις ἐστὶ τῆς ἀπειρίας ἡ θρυλούμένη ἐπομή,  
πρόδηλον ἐξ ὧν ἡνίκα δὲ γέλος τοῦ λογοειδοῦ ψώνιας κύκλου, κατὰ τὸν  
λόγον αὐτίκα τὸ δένδρον τέμνεται. Qua de re non egemus Petavii cor-  
rectione, qui apud eundem auctorem in Misopog. p. 364. c. ἐπειδὴ ἐπι-  
δεῖξας protinus in ἐπέδειξε mutavit, quamquam aliis locis parem con-  
structionis, ut sic dicam, incongruentiam semper silentio praeterit. —  
ὅτε similis particula temporalis simili modo constructa apud Julian. Or.  
VII. p. 219. c. ὅτε γὰρ ἐν τοῖς σπαργάνοις ἀποπτίγων τοὺς δράκοντας  
quod interpres recte ad sensum vertit: ut cum iacens in cunis angues  
elisit. —

Nulla est etiam varietas lectionis apud Plut. in Convio. p. 161. F.  
ubi sic disserit in oratione, quam dicunt obliquam: καὶ τέλος, ἐπεὶ τῆς  
ἄκρας

ἄκρας ἀπάντωσης ἀποτόμου, εὖ πως φυλαξάμενοι τὴν γῆν, ὥσπερ εἰς λιμένα  
σκύφος κατάγοντες, παντάπασιν αἰσθέσθαι θεοῦ καθεοήσει γεγονέναι τὴν  
κομιδὴν. Etsi h. l. cumulatio participiorum, deinceps se excipientium, auri-  
bus nostris ingrata, corruptelae suspicionem movet, tamen, si Codd. consen-  
tiunt, κατάγοντες pro κατάγοντες εἰλεν aut κατάγοιεν dictum esse asseve-  
raverim retinuerimque. — ὅτι certo sic construitur in Quaest. Symp. Plu-  
tarchi p. 696. E. Ἀριστίωνος εὐημέρει μάγειρος, ὃς τὰ τε ἄλλα χαριέν-  
τως δψοποιήσας καὶ ὅτι τῷ Ἡρακλεῖ τεθυμένον ἀλευτρόνον παραθεὶς  
ἀπαλόν, ubi participium loco temporis finiti παρέθηκε possum est, for-  
tassis ob id quod Philosophus participiale constructionem, quam partici-  
cula ὡς legitimam sibi requisiverat, etiam τῷ ὅτι adcommodaverit, rariori  
haud dubie, sed non incondito usu. Est quando verbum substantivum  
sequatur, ut aquid Dion. Chrys. Or. VI. p. 210. ἐθαύμαζεν, ὅτι μηδὲν  
αὐτὸς πράττων τοιοῦτον, ἀλλὰ μόνος δὴ τῶν ἀπάντων ἐλεύθερός ἐστι.  
Etiam h. l. non indicatur lectionum discrepantia; nihilominus Reiske  
πράττει corrigit, cum tamen antiquam scripturam retinere satius sit. —  
Iam prisci temporis Grammaticis hic participiorum usus notatu dignus  
est visus; interque hos Prisciano, qui in de arte gr. lib. 18. c. 24. haec  
habet: „participia pro verbis ponunt Attici, quae frequenter faciunt La-  
tini“ — et quidem non modo ante coniunctiones, sed etiam ante rela-  
tiva, cuius positionis memorabilia exempla, quae vix sunt sollicitanda,  
legimus apud Eroticos. Sic apud Xenoph., Ephes. p. 59. v. 6. ἐν δὲ τῷ  
χρόνῳ, καθ' ὃν ἦ 'Ανθία ληφθεῖσα ἐν τοῦ ληστητού, ἥλθεν εἰς τὴν  
Τάρσον πρεσβύτης, quae verba, etsi merito offenderunt Locellam, lucem  
accipiunt simili structura apud Heliod. Aethiop. E. ιά p. 187. (edt. Coray.)  
οἵ δὲ αὐτὶ τούτων οἱ θεοὶ δοῖεν τοσαῦτα, ὅσα κατὰ γνώμην ὄντα τὴν  
σὴν εἰς κόρον τελεσθῆναι, ubi Coray, fortassis non recte, participium vult  
rejectum esse.

Nonnunquam vero infitari non possumus, modo ob pravam inter-  
punctionem hunc soloecismum esse invectum. Qua de re obiter emacu-  
labo locum Iuliani in Misopag. p. 359. D., quem, licet longiorem, tamen

totum describere non gravabor. λέγεται τοι, ὡς ἐνθένδε ἐκεῖσε τις Καππαδόκης φυγάς, ἐν τῇ παρ' ἡμῖν τραφεὶς πόλει παρὰ τῷ χρυσοχοῷ Κυρωρίζετε δήπον, ὃν λέγω) μαθὼν δόπου καὶ ἔμαθεν, ὡς οὐ δέον διμηλεῖν γνωτεῖν, μειρακίοις δὲ ἐπιχειρεῖν, οὐκ οἶδα δύσσα δράσας καὶ μαθών. Ἐπειδὴ παρὰ τὸν ἐκεῖσε βασιλέα πρῶτον ἀφίκετο, μήνη τῶν τῆδε, πολλοὺς μὲν δραχμούς αὐτοῖς ἐπαγγεῖν. Secundum hanc loci distinctionem ὡς h. l. cum participio fuerit pro tempore finito, ut τραφεὶς sit id, quod ἐτράφη. Sed res se aliter habet. Nam procul dubio ante ἐπειδὴ puncti signum est tollendum, ponendaque exilior distinctio, ut intolerabile vitetur asyndeton. ἐπειδὴ enim arctissime cum antecedentibus cohaeret, ita ut haec sit totius periodi constructio; ὡς ὁ Καππαδόκης, ἐπειδὴ ἀφίκετο, ἐπαγγεῖν. Auctor enim oblivione captus, illa ὡς coniunctione missa, quae ἐπήγαγε expostulaverit, infinitivum usurpavit, tanquam si haec praegressa fuerit constructio: λέγεται Καππαδόκης aut Καππαδόκην ἐπαγγεῖν \*). Tales ἀναταλλήλαι, modo per interpunctionis pravae positionem enatae, ut aboleantur, non est cur tot verba consumamus, quia adtentus lector facilime in ordinem legitimum omnia restituere potest; ideoqne nos etiam, filo disputationis nos eo deducente, paucissima modo proponemus.

---

\*) Parilis enallage protrita, ut vix operae videatur similigena coacervare exempla; quale est apud Pausan. I, 19, 4 λέγεται δὲ ὅτι καὶ Τερμιστῆς, εἰς οὓς ἦλθεν ὁ Λύκος, Λυκίους ἀπ' αὐτοῦ καλεῖσθαι. Contrarium quodammodo est, si e sententia, definito verbo expressa, cui interpositum est ὡς φασιν, delabitur oratio ad accusativum participii aut alias praedicati, tanquam prae-grediatur φασίν cum infinitivo ut apud Dion. Chrys. Or. XIV. p. 443. ἐπὶ ὃ γε θεῶν βασιλεὺς πρεσβύτατος δίδεται ὡς φασιν . . . καὶ μὲν Δία οὐκέ τιοῦν αἴδειν παθόντα, ubi Reiske: nullus dubito h. l. φασι deesse, ut sit αἴδειν φασὶ παθόντα τοῦτο. — Qua nota facile careamus. Immemor enim sophista, se dixisse ὡς φασι, δίδεται, accusativum posuit, tanquam sic exorsus esset sententiam, ἐπεὶ τὸν γε θεῶν βασιλέα δεδεῖθαι φασὶν, καὶ τοῦτο παθόντα.

De inversione constructionis κατὰ τὸ ἐννοούμενον ad Fasc. II. p. 9.

— Omnes enallages casuum in adpositione, aut in aliis iuncturis causis quibusdam certis niti explicari que debent, profectaeque esse ex immutatione rationali, et, ut sic dicam, logica. Quibus eiusmodi causae non subiacent, non auctoribus ipsis hae sunt adscribendae, sed librariorum oscillantiae, atque ut errata typographica eliminandae. Plane inutilis esset igitur eius diligentia, qui eiusmodi mendas, quae statim in oculos incurruunt, ubi terminationes  $\alpha\varsigma$  et  $\varepsilon\varsigma$ ,  $\omega\tau$  et  $\o\tau$ ,  $\omega\tau$  et  $\alpha\varsigma$  stolidè altera in alterius vicem subrepst, citare ex ordine vellet; quae quidem non modo apud hos auctores adhuc frequenter occurrunt, quorum editores ne mediocrem quidem diligentiam ad rem suam adhibere potuerunt, ut apud Dionem Chrysostomum, sed etiam his in editionibus, quarum editores fere totam vitam uni lucubrationi impenderunt; cuius generis apud Plutarchum haud pauca observaveris; ut apophthg. reg. p. 190. E. πρὸς δὲ Ἀργείους δικαιότερα τῶν Λακεδαιμονίων λέγειν περὶ τῆς ἀμφιεβητουμένης χώρας δοκούντων, ἔφη, ubi pro genitivo δοκούντων statim reponas δοκοῦντας, neque puto aliter in aliis editionibus scribi, et ibid. Quaest. Symp. p. 683. F. διοιώς τὸν Ἀριστον ἐπὶ τοῦ Σειρίου λέγοντα,

καὶ τὰ μὲν ἔρδωσεν, τὸν δὲ φλόον ὥλεσε πάντα.

τὴν γλωττηταν καὶ τὸ ἀνθος τῶν καρπῶν, φλόον προσαγορεῖων, ubi sine ulla haesitatione protinus emendes προσαγαρεύειν. Sed iam ex his exemplis colligere possis, qualia omiserim, et quod iuste fecerim eiusmodi errores typographorum silentio premens. — Adcingar ideo ex ordine ad explicationem harum ἑραλλαγῶν, quibus causa gravior substrata est, quae quam varia esse possit et quam vario modo constructionem inflectere, diligentius si nunc percensebo, non plane et operam et oleum perdidisse videbor. — Primum paucis monebo, Philostrati stilum eo esse insignitum atque differre ab orationis genere omnium, quotquot tractavi auctorum, quod summae elegantiae ducebat saepenumero in oratione, quam dicunt vulgo indirectam, nominativum adjungere infinitivo, loco accusativi, relationis, quae inter subiecta intercederet, incuriosus. cf. Fasc. II. p. 14.

Sic in vita Apollon. p. 96 οὐτε γὰρ νοσῆσαι τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἤ δὲ  
αὐτοῦ πιῶν, pro τὸν πιόντα. et ibd. p. 170. καὶ γὰρ αἱ ὁραι, καὶ τὰ  
ἐν τῇ γῇ καὶ τὰ ὑπὲρ τὴν γῆν καὶ ἀνέμους εἰναι, ubi ὁραι pro ὁραις  
posuit, quemadmodum ibd. lib. 5. c. 27 λόγος ἀνέψυ . . αὐτὸς ἐλθεῖν  
εἰς Λέγυπτον, τὴν μὲν ἀρχὴν πεντημένος, et ibd. lib. 8. p. 369 τεθνάναι  
δὲ οἱ ἀπελεύθεροι s. c. λόγος κατέχει; atque multis aliis locis, quos larga  
manu congerere in praesens tempus superfluum duco. His inductus non  
frustra eris, si tueri velis verba apud eundem auctorem in vita Apollon.  
p. 86 σορίαν τε μεταχειρίσασθαι, φασίν, οὐδὲν χρηστὸν εἰδότες, ubi  
nunc Olearius legit εἰδότας, non necessaria correctione usus. Nam quod  
si ambiguitatem prætendas, posse hoc εἰδότες ad subjectum, quod latet  
in φασίν, referri, iam sciendum, Graecos tam parvi pependisse, vitarent  
ne verborum singulis formis hunc ambiguitatem, nec ne, ut, contextu  
modo et re ipsa sensum verum indicante, nonnunquam plane contraria  
ob immutatam structuram dicerent, atque dicere voluerunt, repugnaret  
que sic sensus logicus grammaticae constructioni. Quamquam causam  
hanc longius enucleare non huius est loci, tamen vix temperaverim, quin  
Demosthenis verba afferam pro Phormione p. 945. 1. quae sic se habent:  
ὅσα γὰρ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἔστιν ἀνθρώποις ἰσχνὰ καὶ βέβαια, ταῦτα  
πάντα πεποιηκάς Φορμίων οὐτοσὶ, καὶ πολλὰ μὲν πεποιηκάς Ἀπολ-  
λόδωρον τοντοῖ, πάντα δὲ . . . παραδοὺς δικαίως, ὅμως, ἐπειδὴ φέ-  
ρειν τοῦτον οὐχ οἶσι τέ ἔστι, δικηγ. λαχων αὐτῷ ταῦτην συκοφαντεῖ.  
Neminem fugit, in verbis οἶσι τέ ἔστι deregente mutari subiectum, quod  
etiam pertinet ad συκοφαντεῖ; utrumque enim refertur ad Apollodorum,  
calumniatorem. Voluit haud dubie orator, cum inciperet a nominativo  
πεποιηκάς δ Φορμίων passivum dein ponere συκοφαντεῖται, sed non  
curans grammaticae præcepta, conspecto fortasse Apollodoro præsente,  
confestim de eo loquitur. Igitur plane diversum quid verba ipsa dicunt,  
atque dicere re vera voluit potuitque orator, quam licentiam hodie  
causarum actor sine derisu metu vix sibi indulgeat. — Summo jure defen-  
dit etiam Iakobs. ad Achill. Tat. l. c. 3. p. 412 memorabilem in Platon.

Conviv. p. 203. A. locum: διὰ τούτου (τοῦ ἔδαιμοντος) πᾶσά ἐστιν ἡ δημιούργια καὶ ἡ διάλεκτος θεοῖς πρὸς ἀνθρώπους, καὶ ἐγρηγορόστι καὶ καθεύδοντι, quos dativos sanus quisque non ad θεοῖς referret, ad quod pertinet e grammatices legibus, sed ad ἀνθρώπους. Rationem, qua patrocinatur loci integrati vir doctissimus, qui scire velint, evolvant librum laudatum. — Quis non offenderit primo obtutu his verbis Plut. de vitando aer. al. p. 829. E. καὶ ταῦτα μή με οἰεσθε λέγειν πόλεμον ἐξενηροκότῳ πρὸς τοὺς δανειστάς . . . ἀλλ᾽ ἐνδεικνύμενος τοὺς προχείρως δανειζόμενοις, δῆσην ἔχει τὸ πρᾶγμα αἰσχύνην. Quia enim hac in disputatione saepe de se ipso in plurali numero loquitur, repente et numerum et casum mutavit ita, ut, ex οἰεσθε λέγειν με auctore delapso ad constructionem ἔγινε λέγω, ἐνδεικνύμενοι illud vice fungatur accusativi singularis numeri. Sensus enim hic est: hoc non dico bellum illaturus foenaratoribus, sed demonstratus etc. — Sed similibus in praesens tempus vacare non licet, atque equidem hoc tantum pertendo, Veteres in elocutione sua non stricte praeceptis grammaticis adhaerentes micam salis in iudicium ab audientibus legentibusve vocari postulabant et ad eam provocabant. Iam redeo, unde digressus sum. Nominativus talis in oratione obliqua non modo apud Philostratum legitur, sed etiam, etsi parcius utique, apud alios e recentioribus, oblitteratus modo supervacanea editorum operositate; ut apud Pausan. 8, 29, 3 δράκοντες δὲ ἄντὶ ποδῶν τοῖς Τιγασίν εἶναι πολλαχῆ τε ὁ λόγος, ubi δράκοντας statim adsunt promtae manus, quae corrigit; etsi fere pari constructione lib. 6, 23, 6 λέγοντιν ἄνδρες ἀποπεμφθέντες, ἐπειδὴ πληστὸν γίνωνται τοῦ τείχους, φέγγεαθαι etc.; nam vix ob parenthesis aliter locum coloratum esse dixeris. Nonne sic etiam immota remaneant, necesse est verba Plut. p. 296. B. φασὶ . . ἀναγκασθέντες εἰς Κρήτην κατάραι; ubi Wyttenbachius ἀναγκασθέντας corrigit, quae varietas si eam nullus Codd. probatus exhibet, non est in textum inducenda. Sic etiam constet sibi nominativus huius notae in Dionis Chrys. Charidemo p. 552 τουτεῖδε μὲν δὴ καὶ τοσαῖδε βασάνοις ἔνυεχομένους τοὺς ἀνθρώπους ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ μένειν τὸν τεταγ-

μένον ἐκαστος χρόνον, ubi Reiske solito more correctionum catervas in lucem effundit. Causam, qua forsan nominativi haec positio excusari possit, adtulimus in Fasc. II. p. 14.

Nominativo vero non modo hac in coniunctione sic abutuntur auctores graecitatis παραπομαζούσης, sed etiam cum ὥστε (cf. Fasc. I. p. 10.) nominativum cum infinitivo iungunt in diversis, quae dicuntur subiectis, interque eos maxime Philostratus. Sic in vita Apollon. p. 36. τῷ παιδέ τε οὐτως ἀμαθῶς ἐπαιδευσεν, ὥστε ὅπλα ἐπ' ἀλκῆλοις ἀρασθαι, καὶ δὲ μὲν τρωθῆναι, δὲ δὲ ἀποθανεῖν. et ibd. lib. I. p. 282. φιλοσοφία δὲ οὕτω τι ἔπειταν, ὥστε . . . οἱ μὲν ἀποδεῦναι εἰς τὴν Κελτῶν Ἐσπέρου . . . ἔνιοι δὲ ἐξ λόγους ἀπενεχθῆναι, quae structurae inflexiones abnormes sunt quidem rarissimae et quae silentio praetermittantur, vix dignae. Sic apud Plut. de malign. Herod. p. 861. F. dicuntur Lacedaemoniū statim post commissum ad Marathonem proelium advenisse: καὶ ταύτης τῆς μάχης διήγοντες ἀπελείφθησαν, ὥστε καὶ θείσασθαι τοὺς νεκροὺς, ἀπελθόντας ἐπὶ τὸν τόπον. Estne hoc vitium editorum, corrigendumque ἐπελθόντες? Exhibet enim hic locus contrarium eorum, quae supra vidimus contra legitimam orationis nexum peccata. Quemadmodum enim ibi in diversis subiectis nominativus cum infinitivo legitur, sic h. l. in uno subiecte accusativus cum infinitivo. Lubenter hac in re denuo, si ad manus esset liber, evolverem locum Heliod. Aethiop. ζ. κζ. p. 305, ubi eadem discrepantia, ni omnia me fallunt: ἀντιτέρῳ δὲ ἐξ θατέρων δὲ Ἀχαιμένης . . . ὡς μηδὲ λανθάνειν τὴν Ἀρσάκην ὑποβλέψαντά τε καὶ τι πρὸς τοὺς παρόντας ἡρέμα διαγογύσαντα, ubi norma exacti sermonis nominativum exigit, hoc sensu: ita ut non lateret Arsacen suspicere et adstantium in aures quid susurrare. Alia huius ἐναλλαγῆς documenta in promptu non habeo; nam locus Dionis in de Philoctetae arcu p. 271 alius est notae. Φησίν τι ὑπὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἡλοιώσθαι, ὥστε ἐντυγχάνοντα τῷ Φιλοκτήτῃ μὴ γνωσθῆναι ἵπτ' αὐτοῦ, μιμησάμενος κατὰ τοῦτο Ὁμηρον. Si totum locum, qui se habeat, diligentius inspicere velis, videbis φησί τε, quod repetitur, et in antecedentibus et in subsequen-

tibus non ad poetam Eutipidem, sed ad Ulyssem ipsum loquentem, quod ex contextu totius orationis luce est clarior, referri. Sed quominus in hoc φησί dilitescere nomen Ulyssis putemus, impedit additamentum μησάμενος "Ομήρος, quod in poetam tantum cadere potest. Igitur in φησί hoc mutatio subjecti facta est, sed loci constructio plana. — Sed cum eius modi orationis inconvenientes compositiones rarissime sibi permetterent scriptores, ubi literarum ductus errori obsecundant, et etiam eum evincunt, omnibus condonandum est, qui emendationem tentarent, quod factum video a Causabono apud Dion. Chrys. Or. III. p. 143, qui depravatos accusativos ἐκεῖνοι μὲν γὰρ τὰ θηρία ἔκτειναν, ὥστε μῆτε ξητοῦντας πονεῖν, μήτ' αὖτις νενοντας in nominativos mutavit. Quam turpi errore hoc loco Reiske sit lapsus, dicere nil adtinet ne magni viri gloriam maligno dente arrodere videamus, si quid humani passus est, id in lucem portrahentes. — Scatet, ut modo hoc obiter dicam, Cyrilli textus innumeris mendis, ubi absurdia ratione ὥστε cum accusativo et tempore finito aliquoties iungitur. Sed nescio, qui factum sit, ut in Iuliani et Cyrilli misere depravato textu saepenumero infinitivis vitiosa sit tributa terminatio in ε pro οι, ut lib. 6 Cyrilli p. 198 ἐθος δὴ ύποπλάττεσθαι, ubi legendum ύποπλάττεσθαι: atque sic etiam eos locos reficias, ubi post ὥστε accusativus cum indicativo legitur, ut lib. 5, p. 177. ὥστε τοὺς μὲν ἀκριτεῖς σχεσθε, pro σχεσθαι. Sed pudet ejusmodi ineptias commemorare. —

Cum, quod omnes docent Grammatici, nominandi casus vere sit absolutus, inde fit, ut etiam in adpositione aliorum casuum labentissimo nexu hic primus casus prae ceteris omnibus frequentetur, adeo ut cerebrius ἀνατελλήλως hic genitivo aut dativo aequiparetur, quam vice versa. Hoc me edocuit diligentior observatio, et quod docuit hac de re doctissimus Jacobs ad Achillem Tat. lib. 2. p. 51, qui etiam illum Aelianum locum v. h. 13, 23, quem incauta temeritate in Fasc. I. p. 10. rejeci, facillima explicatione ab omni suspicione vindicat. Thucydides quid sibi hac in causa indulserit, etiam exponit Jacobs ad Achill. Tat. lib. 6. c.

13. p. 860. Neque nos deerimus, quominus licentiam hanc sermonis graeci, maxime sequioris aetatis, uberius explanemus. Apud Eroicos duo exempla insignia reperi. Unum apud Achill. Tat. lib. 2. p. 51 ubi Codd. divulgarunt hanc lectionem: παιανισμὸς ἦν καὶ πολλὴ τις εὐχὴ, Θεοὺς σωτῆρας καλοῦντες. Alterum est apud Heliod. Aethiop. β. κ'. p. 91 καὶ γάρ με θροὺς τῶν πολλῶν ἀνεπτέρωσε, ὡραν εἶναι κινεῖσθαι τὴν θεοπόρον λέγοντες, pro λεγόντων, quasi in antecedentibus haec aut similis constructio, πολλοὶ θροοῦντες ἀνεπτέρωσάν με esset usurpata. — Sic etiam σολοκοφανής, attamen servanda haec compositio apud Eunap. in vita Chrysanth. p. 118. μετέμελε δὲ αὐτῷ, τοσοῦτον πεπλανημένος χρόνον, καὶ εἰς γῆρας ἀφικόμενος, πρὶν τι τῶν χρησίμων ἐκμαθεῖν; ubi Wythenbachus corrigit, quod cuiilibet succurrit. Sed equidem sustinuerim pristinam lectionem, licet ad durissimam nobis sit configiendum interpretationem, ita ut a μετέμελεν αὐτῷ confessim ad μετεμέλετο αὐτὸς cogitatione aberrasse dicamus scriptorem. Sed ex eadem analogia tuear etiam verba apud Julian. in Orat. VIII p. 241 B. ὅσοις δὲ πονηρῶς ἔχει φύσει τὸ σῶμα, τὸν πάντα βίον νοσηλευόμενοι, τούτοις καὶ τὰ κονφότερα εἴωθε προστιθέναι βλάβας. Facillimum est unum σ addere et sic locum in integrum restituere statum; sed si Codicum auctoritas non accedit, equidem contenderim, nominativum servandum esse, quia locutio haec ὅσοις ἔχει τὸ σῶμα πονηρῶς, quod ad sensum pertinet, non differt a phrasi ὅσοι ἔχουσι σῶμα πονηρὸν, quas scribendo vel in brevissima sententia auctor confundere potuit. — Iam multo insolentior est et pluribus de causis forsan reicula immutatio apud Julianum in Cyrilli lib. II. p. 65. E. εἰ δὲ πολὺ τὸ μέσον ἔστιν ἀθανάτων καὶ θνητῶν, οὐδεμιᾶ προσθήνη μετίζον, οὐδὲ ἀφαιρέσσει μετούμενον πρὸς τὰ θνητά. Quodsi haec praedicata plurali legerentur, numero, commodius referri possent, ad quod utique sunt referenda, ad ἀθανάτων, quia phrasis πολύ ἔστι τὸ μέσον nihil aliud significat, nisi πολὺ διαφέρει τὰ ἀθάνατα. Sed nunc et diversitate numerorum movemur, et in summa textus depravatione iudicium omne suspendere satius duximus. — Sed valde memorabilis hac in re, etsi ab edi-

edit oribus non notatus, est locus apud Maxim. Tyr. Dissert. 38. p. 234, ubi in longiori, quam ut tota describi possit, periodo aperte e genitivo ad nominativum transit sophista: *εἰ δὲ ἀγαθὸς ἡν,... πῶς οὐ θεῖα μολ-*  
*ρα αὐτῷ συνηρέχθη τὰ γυμνάσια, ἀφ’ ὃν ἀγαθὸς καὶ ἦν καὶ ἔδοξε;*  
*περιστήσαντος αὐτῷ τοῦ δαιμονίου ἀνταγωνιστὰς πολλοὺς — et nunc*  
*sequitur recensio horum — προσαναγκάσας ἀλλοθανατούσι πολλούς,*  
*ἀμπισχόμενον, πυλαίοντα, ἵπποις ὄμενον, παροινούμενον.* Quotusquisque est,  
quoniam haereat dubius in nominativo participii προσαναγκάσας, quod, si  
periodi concinnitati succurrere velis, quae vix ac ne vix quidem sic tur-  
bari potuerit, protinus in genitivum προσαναγκάσαντος mutatum ibis,  
quia primo oculorum obtutu neminem latere potest, προσαναγκάσας re-  
ferendum esse ad superiora verba τοῦ δαιμονίου, et uno eodemque ora-  
tionis tenore efferendum atque antecedens περιστήσαντος, sensu hoc:  
„dum deus ipsi obiecerit adversarios multos, et (quae copula etiam, quia  
ἀσύνδετα amat rhetorissans Maximus, non aegre desideratur) eum errare  
mendicareque coegerit.“ Sed ob ambitum et ambages sententiarum ob-  
scure fortassis ex hac dictione: τὰ γυμνάσια ξυνηρέχθη αὐτῷ τοῦ δαι-  
μονίου περιστήσαντος, quia ξυνηρέχθη periphrasi saepe inservit, hunc  
sensum elicuit: δι Θεός ἐπήγεγεν αὐτῷ τὰ γυμνάσια, περιστήσας, inde-  
que προσαναγκάσας post inductus est, ut poneret. Etiam signum inter-  
rogandi hac de re potius in fine periodi post παροινούμενον collocave-  
rim. — Plutarchus, simili modo loquitur in de recta audiendi rat. p. 42.  
D. ὁ δὲ τὴν λέξιν Ἀττικὴν ἔξιν εἶναι λογοῦ, δυοῖς ἔστι μὴ βούλο-  
μένῳ πιεῖν ἀντιδοτον, ἢν μὴ τὸ ἀγγεῖον ἐκ τῆς Ἀττικῆς κωλύμδος ἢ  
κεκεραμευμένον ... ἀλλ’ ὁμπερ ἐν τοῖς τοιούτοις λόγον λεπτῷ καθῆ-  
μενος. H. I. exspectaveris, quod loci connexio suadet, dativum sine ὁμπερ. Sed quia ὅμοιός ἐστι id significat, quod τὰ ἀντὶ ποιεῖ, aut οὕτως δια-  
τέθειται aut simile quid, inde mutata constructio ad sensum non dis-  
crepantem. Inde etiam apud Andocid. de myst. p. 18, 17 nominativus  
sustineri possit; si praestantiores Codd. non refragantur, ubi orator prae-  
cibus urgens caronam sic loquitur: δέομαι ἀπάντων γνώμην ἔχειν . . .

ἀναμνησθέντες, quia δεόμαι ἔχειν in animo eius non differebat ab ἔχετε. Iam si quae id genus anomaliae occurrunt, nihil iudicium et crisin nostram regere debet, nisi Codicum exacta collatio; qui enim e proprio ingenio medicinam adhibeat vel tenuissimam, vereor, ne aliquoties magna elegantia et ornatu privet scriptorem suum. — Haec disputavimus hac de enallage, quam facit nominativus, cum in ulteriori membro sententiae additur. Nonnunquam etiam ob parem constructionum permixtionem praemittitur nominativus, verbo regenti destitutus, aliter inflexa oratione. Huius sunt notae, quae apud Demosth. leguntur in oratione contra Spudiam p. 1029. 13. τίνος οὐν Ἐνεκ' ὑμῖν, ὃ ἄνδρες δικασταὶ, ταῦτ' εἰπον; ὅτι τὴν προῖκα οὐ κομισάμενος ἀπασαν.. πρὸς ἐκεῖνον ἦν μοι τὸ συμβόλαιον, ubi, cum exordiretur orator a nominativo, pro ἦν μοι συμβόλαιον dicere haud dubie in animo habuit ἐποιησάμην τὸ συμβόλαιον. — Locus in praesens tempus vetat, nē ex antiquioribus Atticis plura huius classis proferam, quale est illud Platonis dictum in Ion. p. 535. c. ἔγω δὲ .. διαρρήσιον .. ἐμπίμπλανται μον οἱ δφθαλμοί, aut apud Eurip. Hippol. v. 23. τὰ πολλὰ δὲ πάλαι προκόψας, οὐ πόρου πολλοῦ με δεῖ — et in Iphig. Taur. v. 947 ἐλθῶν δ' ἐκεῖσε, μ' οὐδεὶς ξδέξατο, ubi in promptu est, quale re vera cogitaverit auctor verbum, mente substituere. Nemo igitur etiam haerebit in Iuliani Or. I. p. 19. c. ubi constructio passivi in activi constructionem abiit: „δ δὲ ὑπέρ τῆς τῶν ὄλων ἀρχῆς οὗτοι μεγαλοψύχως δοκῶν βεβοιλεῖσθαι... πασῶν ἐπαίρων ἀξιον κρίνει τις. — Quae omnia etsi adeo sunt protrita, ut vix mentione digna videantur, tamen viros magnos est quando fefellerunt, ita ut sanum locum sanarent. Genuina verbi causa verba corrigendo tentat Reiske in Dionis Or. II. de invidia p. 423 μὴ νομίζων δὲ ἀγαθὸν, βασικαῖνειν ἐπ' αὐτῷ τοῖς ἔχονσιν ἀδύνατον, ubi quia ἀδύνατόν ἔστι idem est, atque οὐ δυνήσεται, optimo iure vulgatam tueamini, modo si codd. adsentient. Sed haec modo obiter tango, quia etiam, quae aegre in aliud tempus repono, missis, tamen magnitudinem disputationis ultra iustum mensuram succrescentem video. —

Iam multo rarer est usus accusativi in eiusmodi adpositione, etiam ex inflexione constructionis enati, qualis est apud Pausan. 8. 27, 4 Αυκοσονρεῖσι δὲ καὶ ἀπειθῆσασιν ἐγένετο δμως παρὰ τῶν Ἀρκάδων αἰδώς.. ἐλθόντας τὸ ιερὸν, ubi recte Facius corrigit εἰς ελθόντας. Sed hic accusativus sic explicandus, tanquam si pro αἰδώς ἐγένετο παρὰ τῶν Αρκάδων dictum fuerit ab auctore οἱ Ἀρκάδες ἡδεσθησαν τοὺς Αυκοσονρεῖς, unde ἐλθόντας sequitur. — Ambiguitatem facile verba ipsa, sed non totus orationis contextus, exhibeant ob eandem ἀκαταληλίαν Plutarchi in consol. ad uxor. p. 611. c. εἰ δὲ ἐκείνης (s. c. filiolae mortuae) ἔχεις οἴκτον, ἀγάμου καὶ ἀπαιδος οἰχομένης, αὐθις ἔχεις ἐπ' ἄλλοις ἥδιο σεαυτήν ποιεῖν, μηδενὸς τούτων ἀτελῆ μηδὲ ἄμοιδον γενομένην etc. Hic participii accusativus, quemadmodum latina etiam ostendit versio, tantummodo ad filiam referri potest, quam, etiamsi innupta et sine sole decesserit, tamen omnibus gratiis dotatam fuisse, quibus mater gauderet et consolaretur se, dicit pater Plutarchus. Adparet igitur, ex ἔχεις οἴκτον ἐκείνης desumpta notione τοῦ οἰκτίζεις, sensui accommodatam fuisse orationem. — Inde etiam non subsequente, sed antegresso accusativo huius classis non statim in corrigendo est quaerendum refugium, neque mutaverim hac de causa apud Dion. Chrys. in Or. 44. p. 195 antiquam lectionem, ubi orator gratum animum suum patriae ob beneficia in maiores suos collocata expromens, sic ait: καὶ γὰρ ἀνδριάντας πολλοὺς καὶ ταφὰς δημοσίας, καὶ ἀγάνας ἐπιταφίους καὶ ἄλλα πολλὰ τίμα ἐκείνοις παρὰ τῆς πόλεως γέγονεν. H. l. quia interpres nullam Codd. auctoritatem ad rem suam comprobandum allegant, accusativi priores sunt retinendi, quia facillime, cum in exordio periodi animo sophistae obversaretur ἔδοτε ὑμεῖς aut simile quid, postea delabi potuerit ad hanc phrasin, quam nunc legimus. — Verba quae obscurata erant perversitate librorum, apud Pausan. lib. 8, 33, 2, nunc video a Siebelisio ope codicum meliorum persanata.

Etiamsi vero hae anacoluthiae magna e parte ab aliis fortassis improventur, tamen, quod saepe monui, causa quaedam iis omnibus sub-

esse mihi cum visa fuerit, non inscite in totum rem meam gessisse puto, neque ideo adduci patiar, ut Reiskii emendationem receperim, qui desperatum locum apud Dion. Chrys, Or. 50. p. 259 corrigit bono animo: δύνω δέ μὴ προστάσαι μηδεπώποτε μηδὲν, μηδὲ συμβουλεύειν, (s. e. filio meo — pater enim loquitur —) πατέρα ὄντα, hac addita versione: iureiurando confirmo, me nunquam talia filio suasisse, tametsi essem pater. Quis hodie vel pueris tam turpes condonaverit errores??) Neque enim, licet fatiscentis iam graecitatis auctor fuerit Dion, credendum tamen, eum Eusebii aliorumque Ecclesiasticorum scabritie fuisse infectum. Hi enim, etsi paucissimos modo legendo cognoveram, similia

\* Festinatio, qua editiones suas multo plures consarcinaverit Reiske, nos est quando obstupescere facit. Insigne huius temeritatis documentum praebet locus apud eundem Dionem, B. 71. p. 378 ἐγώ δὲ φημι τὸν φιλόσοφον τὰς μὲν τέχνας οὐκ οἶδον τε εἶναι πάντας εἰδέναι, ποιῆσαι δὲ ἀνταντα βίλτιον, οὐ, τι ἀν τύχην ποιῶν τὰν ἀλλαν αἴθρωπα παι τὰ πατέρα τὰς τέχνας, ἀν ἄρα ἀναγνωσθῆν ποτε ἀφεσθαι τοιούτου τινός, οὐ πατέρα τὴν τέχνην διαφέροντα. ad h. l. Reiske hanc notam addidit: subaudi ad διαφέροντα e praecedentibus ποιήσαι in optativo; mallem tamen id adesse; quae nota adeo est absurda, ut nulla absurdior esse posat. Primum enim ποιήσαι optativus neque legitur in antecedentibus, neque legi potuit, sed infinitivus cum ἀν, pendens a φημι. Deinde qualis haec esset constructio, si optativo ποιήσαι additus esset eiusdem subjecti accusativus? Nec sensus vero, nec verba ullam continent difficultatem. Dicit Sophista: „ego contendeo philosophum omnia melius facere, ceteris hominibus, atque sic etiam omnes artes melius exercere, etiam si eas ipsas, quod nimis arduum sit, nesciverit.“ Comprobant subsequentia hanc interpretationem. Hac enim de causa praestantior eius dicitur esse et doctrina et opera, quia τὸ συμφέρον omnibus in rebus omnium acutissime perspiciat.

Leges sinceri atque puri sermonis haud dubie hac in coniunctione non οὐ particulam negativam, sed μὴ ante διαφέροντα expostulaverint. Sed apud recentiores μὴ saepenumero non ponitur, ubi ponendum erat, e. c. post εἰ cf. Plut. Vitae Parall. T. V. Cleomen. p. 148. v. Anton. p. 72. apud Libanum saepissime εἰ οὐ in de Fort. sua T. I. p. 115. ibd. p. 131. ibd. p. 176 et sic fere semper. ὅπερ οὐ T. I. p. 441. Sed iam extra oleas spatior. —

non refugerunt syntaxeos vitia; ut Euseb. in Hierocl. p. 464 λέγει δὲ ὡς  
μήτε περιταριφό τοῦ ἀνδρός πον περιτύχοι, καὶ τοὶ τῆς γῆς δόποση ἔσ-  
τιν ἑαυτὸν ἐπελθόντα, pro ἐπελθόντι. Sed haec omnia ordinatius alio die.

Verum si iudicium facere velis de omnibus id genus anomaliis,  
probe usus et stili genus, quale fuerit auctoris est observandum. Sic  
quia Longus inter omnes, quos noveram scriptores planissimo et castis-  
simi gaudet, quod ad compositionem stili adtinet, sermone, omnia ad  
amussim exactae regulae adstringens, neque unquam absolutum casum  
admitteris, inde Passovii contra Schaeferum ad Pastor. 2, 3 disputatio mi-  
rum quantum confirmetur. — Sic quia apud Aristaenetus nunquam po-  
nitur participium pro tempore finito, neque unquam paulo insolentior  
occurrit ellipsis verbi substantivi, lib. 1. ep. 26. in fin. εὐδαιμόνες οὖν οἱ  
Παναρρέτην εὐτυχοῦντες· οἵτις ὑπερφέρουσα καὶ πέχη καὶ πάλλει, illud  
ὑπερφέρουσα libenter, mutata interpunctione, in accusativum refinxerim,  
quod neutiquam faciendum esse putaverim, si Eumathii hic fuerit locus.  
Apud hunc enim epiphonematis instar saepe sic solute ponuntur prae-  
dicata, ita ut haec horum verborum sit versio: adeo erat excellens et  
forma et arte! — Hac in re igitur crisin nostram dirigit dicendi genus  
auctoris, quod cum apud Dionem variis insignitum est anomaliis, quidni  
sustineamus etiam in Orat. 34, p. 52 τοῖς δὲ Ἀθηναίοις συνέβη, μέ-  
χει μὲν οἰκείως πρὸς αὐτοὺς αἱ πόλεις ἔσχον, καὶ εἴνουσιν ἥγουντο,  
hanc vulgatam lectionem? Misso verbo ἔννοιῇ, quod modo periphrasi  
inservit, eiusque legitima constructione, ad tempus finitum decurrit, loco  
infinitivi functum.

Iam concludamus hoc caput, loco simillimo Luciani, quem legis in  
Fasc. I. p. 9, vindicata integritate lectionis apud Heliod. Aeth. 5. 1. p.  
272 οὐ δέ μοι σαντὴν ἀνακαμβάνειν, μηδὲ δισθυμοῦσαν προσπονάμενειν,  
ubi Coray accusativum immitto tollere vult eumque in nominativum  
mutare.

Ex dispositione, quam feci, in censum porro veniat hoc idioma lin-  
guae graecae, secundum quod verba ob notionum cognitionem aut ob

id, quod in latina lingua eadem verba alium casum regunt, non eum casum adsciscunt, quem vulgo accipiunt, cf. Fasc. I. p. 15. seqq. Apud Philostratum aliquoties et apud Pseudo Plutarchum vita X. Orat. p. 832 c. est φοιτᾶν cum dativo consuetum, ut φοιτᾶς τῷ διδασκάλῳ, ex analogia verborum similium, σχολάζειν, μαθητεύειν, προσβάλλειν (cf. ibd. p. 846. F.), quae omnia in hac significatione, „frequentare scholam magistri“ cum dativo construuntur. Apud Philostr. vita Apollon. 1, c. 1, λογίζεσθαι τινος legitur, ex analogia τοῦ τεκμαίρεσθαι, etsi etiam praepositionem περὶ omissam sic statuere possis. — Sic ibid. p. 240. lib. 6. c. 10 ἀπέχεσθαι τι occurrit, ubi hoc verbum significationem suscepit arcendi, prohibendi — „ἀπέχεσθαι διειδάτων ὄψεις“ —

Magis e genio linguae latinae ἔργας cum accusativo construit Julian. Or. VIII. p. 246. ὃν μάλιστα ἥρων; contra ποθεῖν est quando secundum casum accipit, ut apud Aristaenet. Epistolarum lib. I. 13. παλλακίδος τοῦ τεκόντος ποθῶν; quem, cum ποθεῖν et πόθος apud recentiores philosophos συνώνυμον est cum ἔργῳ et ἔργῳ, immerito Pauvius in accusativum mutatum ivit, neque Schneideri sententiae subscribo, qui sub h. v. hanc constructionem improbat.

γέμειν cum accusativo est apud recentissimos, ut apud Eumath. lib. 9. p. 426. κανέν τινα σον γέμη τὰ φιλήματα. —

Cum κοσμεῖν nonnunquam id esse potest, atque implere, inde genitivum adsciscit apud Dion. Or. XIII. p. 435. ἀσπερ δ τὴν πυρὰν . . . κοσμήσας πολλῶν ξύλων.

Quia τυφλοῦσθαι est, quod ad sensum, idem, atque ἀόρατον εἶναι, cum genitivo legitur apud Plut. Quaest. sypos. p. 718. E. ubi animal, modo vagis corporum accidentibus intentum, τοῦ ἀληθῶς ὄντος τυφλοῦσθαι dicit.

Verbum πλησθῆναι cum et genitivum et dativum adsiscat, cf. Matthaei ad Sophocl. Philoct. v. 570, inde Plutarch., ni fallor, in una periodo utramque miscet constructionem, sic locutus p. 408. F. ἀναθημάτων δὲ ἐμπέπληκε τὸ χρηστήριον, οἰκοδομημάτων δὲ κατασκευαῖς. ]

Cum porro veritatem structurae προφητεύειν τοῦ Θεοῦ cf. Fasc. II. p. 19.) nemo sit, qui in dubium revocet, imo cum vel ἵστασθαι cum genitivo construi notissimum, (cf. Plut. p. 843. B. ἵστασθαι Ἀθηνᾶς), nullam causam idoneam video, cur non e simili analogia antiquam lectionem apud Aristaeum lib. 2<sup>1</sup>, 7, ἐκείνων δοντεύεις tueri possimus, quam editores uno ore in ἐκείνοις mutandum esse clamant. — Verisimilimum enim mihi videtur, quemadmodum e ratione dicendi, quae substantivo nomine et verbo constat, Graeci desumere generalem notiōnem soliti erant, ut v. c. ἔχειν οἴκτον pro οἴκτησεν cum accusativo iungerent, sic eos etiam verba solitaria nonnunquam sic construxisse, tanquam soluta essent in substantivum eiusdem thematis et verbum. Quum igitur μάρτυρεν idem sit, atque μάρτυν εἶναι, licere sibi putabat Dion. Chrys. Or. VII. p. 240 tali modo inverttere constructionem: ἀλλὰ τις ἄνθρωπος ἐκείνων ἔμοι τὸν μάρτυρησειν; quod ego, nulla Codd. discrepantia enotata, loco non moveo, etsi ἐκεῖνα omnes editores forsitan substituerint. Sic etiam explico apud Plut. Quaest. Sympos. p. 724. B. Νοκίας ἐν Δήλῳ χορηγήσας Ἀθηναίων, i. g. χορηγός ὁν, etiamsi χορηγεῖν etiam hac de causa genitivum accipere potuerit, quia non differt significatu a verbo ἡγεῖσθαι.

Apud Pausaniam unum mutatae constructionis exemplum habes lib. 1, 10, 4 τῇ Ἀγαθοκέους τελευτῇ χαλεπῶς φέρων, quod Porsonus optimo iure intactum reliquit, cf. Siebelis. ad h. l.

Iam Fasc. II. c. 16 eo me deduxit disputationis cursus, ut illius inconcinnitatis meminerim, quae nobis genitivos absolutos, singulari scriptorum negligentia, in uno subiecto subjicit. Haec eadem abnormis compositione occurrit etiam apud Julianum, obscurata modo perversitate interpunctionis. Locus hic est in Orat. VII. p. 209, quem obiter sic emendandum puto, ut puncto, quod perperam post vocem βλέποντα positum est, sublato inque eius locum interpunctione exili posita, filum orationis non interruptum continuem, quae demum jinde a verbis ἀρ' οὐκ ἔστι βαρύθρον τὸ πρᾶγμα ἄξιον in apodosin exit. Neminem secundum ea, quae supra

disputavi, offendet in longiori periodo, per multos sententiarum gyros ducta, genitivus absolutus in uno subiecto. Nam legitima et vera huius enuntiati constructio nulla alia esse potest, nisi haec: τοιούτον δὲ ὅντος τοῦ πρόγματος . . . ἀρ' οὐκ ἔστι βαρύθυρον τὸ πρόγματα ἄξιον \*) — Etiam in brevioribus sententiis eadem incuria auctores subiecta confundunt, ut Plut. apophth. reg. p. 206. B. de Caesare haec nobis tradens: πολιχνιόν δὲ αὐτοῦ λυπόδην περιερχομένου καὶ τῶν φίλων διαπορούντων . . . μᾶλλον ἔφη etc. sc. Caesar idem ipse, ὁ περιερχόμενος. — Sed h. l. potuit ratio, quae inter subiecta intercedit, obscurari ob sequentia τῶν φίλων ἀπορούντων. — Sed quid his verbis facias apud Plut. de virt. mul. p. 248. B. ἐπεὶ δὲ τῶν ἀνδρῶν δεομένων τὸν Βελλερόφοντην ἐπισχεῖν, οὐδὲν ἐπείχον, (s. c. Bellerophontem illi ipsi viri) αἰγαῖας ἀπήντησαν αὐτῷ? — Haec tam sunt insolenter constructa, ut nul-

---

\*) Interpunctionis verae negligentia etiam, etsi non genitivus absolutus in uno subiecto sic extitit, tamen hunc casum praefracte penders facit apud Heliodorum. Divulsa enim sunt, quae ad unum enuntiatum pertinent, in duo perperam capita Corays in Aeth. β'. 2<sup>o</sup>. p. 94 novum exorditur caput his verbis: ταῦτα μονοὶ καὶ τοιοῦτα διεξόντος, quae quidem modo perspicuitatis causa invecta nihil sunt, nisi epexegesis quedam sententiae, quae antecedentia capite hanc periodum inchoat: ἐμοῦ δὲ, ἐπεὶ ἐγίνωσκον, εἰπόντος . . . καὶ διεξελθόντος . . . ταῦτα μονοὶ διεξόντος. Hac enim est ratio recta, qua construendus est hic locus, qui per longiores dénum anfractus absolvitur.

Wytenbachius distinxit inepte locum in libello, quem summa cura et diutino limavit labore, de sera num. vind. p. 567. E. F., ubi punctum post vocabulum *βίου* mutandum est in comma, quia verba, quae statim sequuntur ἐν ταῖς φανῆσαι τὴν Νέγωνος φυχὴν, apodosin continent verborum antecedentium ἑσχάρα δὲ ὄρθων αὐτοῦ τὰς ἐπὶ τὴν δευτεραγά γέγενι τρεπομέγας φυχάς, quae nisi cum illis coniungantur, et ipsa pendent incommodo et illa faciunt ἀσύνθετα. Non vidit hoc Wytenbachius, unde etiam locum male vertit, cuius haec est diligentior periphrasis: cum videret animas extremo loco in secundum ortum conversas — quarum nunc sequitur descriptio — adparuisse illi inter eas Neronis umbram narravit. —

nullum aliud videam refugium, nisi ut ad correctionem conversi ἐπειθον  
in ἐπεισθη mutemus. Nunquam enim in tam simplici periodo similem  
ἀκαταλληλιαν reperi. Nam quodsi apud Plutarchum illum, qui Plutar-  
chi nomen ementitus est veri, p. 851. A. legitur καὶ εἰς τειχοποίαν  
ἀνάλωσε, χειροτονηθεῖς ὑπὸ τοῦ δήμου, ἐπιδόντος αὐτοῦ τοια τάλαντα  
pro ἐπιδόντες ἀντός, id haud dubie corruptum, quemadmodum omnia illa  
decreta (*Ψηφίσματα*) adeo sunt depravata et insana casuum mutatione  
infecta, ut paulo audentior possit ibi grassari emendatio. — Critici nihil,  
quod sciam, monent. —

In oratione obliqua etiam nonnunquam hac oblivione capiuntur aucto-  
res, ut ab accusativo subiecti transeant ad genitivum; quatenus memoran-  
dus est locus apud Dion. Chrys. Or. V. p. 193 — de rege feram per-  
remtūro — συναγαγόντος δὲ πλῆθος στρατοῦ πολὺ — et nunc sequi-  
tur parenthesis, qua absoluta sic pergit: οὕτω περισχόντα πανταχόθεν  
πῦρ ἐμβάλλειν; ubi utriusque casus participia ad eundem regem sunt  
referenda. Memoratu dignus est etiam, modo si integer, locus Heliodori  
η. 9'. p. 328 κἀπειδὴ τὴν πνωκαὶὰν ὡς ὅτι μεγίστην ἐνῆψαν οἱ δήμοι,  
καὶ τὴν φλόγαν ὑποβάλλονταν λαμπρῶς ἔξηπτον, ἡ Χαρίσιεια etc.  
Ratio, qua Coray genitivum hunc excusare studet, dicendo, alias fortasse  
fuisse δημίους τοὺς ὑποβάλλοντας vix sufficit, cum omnes carnifices h. l.  
unum modo munus habuisse dicuntur, incendi rogi. — Forsan postea,  
meliora edoctus sic ἀπλῶς has anomalias comprobabo.

Nonnunquam etiam sic novatur haec constructio, ut e. nominativo  
in genitivum delabatur oratio, ut apud Plut. Quaest. sym. p. 730 c. ubi  
pisces exosos fuisse dicit heroibus, qui eos μικρὸν ἔμπροσθεν ἡ ταῖς τοῦ  
ἡλίου βούσιν ἐπιχειρεῖν, τροφὴν ἀναγκαῖαν ἐποιοῦντο,

γνωμπτοῖς ἀγκιστροῖσιν ἔτειρε δὲ γαστέρα λιμός.

ὑπὸ τῆς αὐτῆς ἀνάγκης ἵχθύσι τε χωμάτων καὶ τὰς τοῦ ἡλίου βοῦς  
κατεσθιόντων, ubi contra legitimum ordinem constructionis χωμάτων  
legitur, etsi utique χρώμενοι et κάτεσθιοντες reposueris, aut puncto post

λιμός sublato genitivos participiorum ab hoc substantivo pendere feceris, quae ulterior ratio nemini placebit.

Verbo tantum moneo uno, cavendum esse tironibus, quominus, cum a navi in nautas, a civitate in cives, a colonia in colonos facillime in narratione transeant auctores, tum genitivum, qui ad homines in navi aut civitate refertur, ad navem aut civitatem relatum esse dixerint, atque sic genitivum in uno subiecto usurpatum esse autumaverint; ut apud Plut. v. Anton. c. 12 τρεῖς (s. c. ῥῆες) περὶ μίαν συνείχοντο, χρωμένων etc. ubi ad sensum recte suppleveris ναυτῶν. Sed haec tralatitia. Longius etiam abirem a proposita via, si usum hunc mihi sumerem expli-candum, ex quo in altera sententia antecedente dativo, in altera seiunctim genitivus sequitur in adpositione, quod etiam Latinis frequens; ut apud Heliod. 5'. 1'. p. 363. τοῦτο τοι καὶ ἡμὲν εἰμένεια εἴη, (τὰ μυστικά τερψ δὴ ἀδόκητῷ σιγῇ τετιμήσθω) τὰ κατὰ Σνήνην ἔξις περαιωμένων. Equidem correctiones doctissimi Coray supervacuas esse puto atque, si tempus et locus permiserint, facile evicerim, omnia se recte habere. Veritas „nobis — cum res Syenes describimus.“

